

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Epigramma de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodorij Gorlicio
- VII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa Saxonica vestam nerezum M. Teti a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus Epigramma ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolpho Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Epigrammatum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Ida honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigrammatum Cerevisiae Servestanae Danielis Burchkeri.
- XXIV. Dehortatio a Calumnijis
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus Epigramma ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



an 62LXVII.

TORUS UTRINQUE SECUNDUS

Secundus ut sit

VIRO

Humanissimo ac Doctissimo

DN. IOHANNI
SCHROTERO,

Scholæ Desfanæ CANTORI exc
citatissimo

ET

Honestissimæ Femine

MARGARITÆ SELIN-
GIO-HEIDERIANÆ,

Desfæ Anhaltinorum A.D. XXIII. Mensis

Aprilis Anno M. DC. XXI.

consensus.

Precantur & vovent

COLLEGARUM ET AMICO-
RUM MUSÆ.

WITTEBERGÆ,

Typis IOHANNIS GORMANNI,

Anno M. DC. XXI.



VOTUM GENERALE.

Seria mista jocis video mihi vota uoveri,
Nec moveor, quia sunt seria mista jocis.
Dulcia nempe Deus thalamo sua miscet ama-
ris,

Letitiæq; comes perpes amarities.
Felicem DEUS effectum det, & addat
amicorum

Atq; joca atq; suum seria munus agant!

JOHANNES SCHROTERUS
Sponsus.





ODE ALCAICA.



Ubare rursum teque Cupidinum
Vult sœva Mater? pol bene! vix fugi
Plevritis hæc consuevit ullâ
Pectora quæq; ferire nata.
Itare non plus fas tibi lugubri
In veste, flecti Conjugis usque jam
Sat fata, fatalem tiaram
Abiice, corripe lætiores.

Stupre senilem tangere limitem
Et conjugalis dulcia gaudia
 Damnare lecti, nolle castæ
 Carpere lætitiâ voluptæ.
Indigna firmo corpore solitas,
Rarènter omni vita caret segrex
 Et labe, titillat scelestâ
 Masla, manusq; nocent silentum.
Id eruditus, Jane, piâ probam &
Annis virentem federe feminam,
 Virentis & vir ævitatis
 Ipse, stato tibi copulasti.
Auditis ambo vos vidui, pares
Ætate, par & connubium optumè
 Subcedit, & par omne pulcrum &
 Utile constituit sacoma.
Traxère longè commodius pares
Aratra tauri semper, equi æquius
 Loris cucurrerunt ligati
 Atque pares iter institutum.
Et conjugales grande manet jugum
Utrinq; fidis nisibus indigum,
 Et curvus anfractus fideli
 Consilio ac ope sublevandus.

A 2

Vos

Vos ferte quidvis est oneris, pares,
Et tramitem æquis currite passibus,
Suspiriosæ diligenti
Sintque preces comites labori.
Formosa, munus nobile, procapis
Invisa ficto corde timentibus
Rerum Datorem, plena cornu
Copia, Vita, Salus sequentur!

Dn. Collegæ properâ venâ fundebat

JOACHIMUS FLEMINGUS
Philomusus, S. D. Rector.

A L I U D.



*R*ausasti sat, nunc tempus reor esse canendi,
Iam resonant sylva, jam volucresq; canunt.
Erige nunc baculum, letum modulabere carmen,
Incipe perficies te moderante chorum.

*Ast vox unius, vox nulla, viri, numerus sit,
Suavibus inter se vocibus inde canent.
Adjungas igitur sociam, puerumq; tenellum,
Sicq; tribus constat vocibus ille chorus.
Nec male conveniunt dulci cum conjugæ Cantor,
Murmurat hicce choro, murmurat illa toro.
Ergo macte canas animo, quantumq; licebit
Vive, vige, flore, cresce, calesce, Vale.*

Honoris ergo Dn. Collegæ f.

*Martinus Coppenius Roslav-Anhaldinus,
Collegæ Scholæ.*

A L I U D.

Ἀνάγκη μα γαμινὸν
JOANNES SCHROEDERUS CANTOR

Ἀνάγκη μα ποθεῖς.

Anne! choro reor es Discantus.

Conjugij



Conjugij faustos quisnam miretur amores
 Optima sponsa tuos, optime sponse tuos
 Annon vulgare est? dant haut equalis bellum:
 Et: Si vis apte nubere nube pari.

Connubio Viduus Viduam sibi jungit honestam:
 Cantoris Cantrix prurit amore bene.

Quisve viros nescit mulier præcellat acuto
 Guttore, dum tractim cantica grata canit?

Fœminei contra sexus vox voce profundâ
 Cantantes potis est consequierné viros?

Exemplum! complet Sponsus sacra murmure templa:
 Sic altum Sponsam credo ciere sonum.

Ut tamen absque Basis tremulo pia Musica flexu
 Haut fundata manet; nec bene sola sonat:

Sic sine Discanto quid Musica quæso? cadaver
 Non habet ut vitam: sic quoque Cantus habet.

ANNE CHORO REOR ES Discantus? voce canora
 Ipsa juves, sponso, sponsa, canente Basin.

Nam mutilus Cantus sine vocibus hisce duabus
 Sæpius expertus Musica sponsus agens.

Hinc vagabundus erat, longi post tempora luctus
 Circumiens, Te nunc consociat sociam

Antea erat mutilus, Cantor nunc integer, ipsa
 Cum sis Discantus MARGARITIS: ipse Basis.

Conjugium fixum, firmum, Basis addita cui, stat:
 Discantum adjungas, prole bearis, age!

Quam bene convenient, Cantatrix Cantor in unam,
 Præcinet hic laudem, concinet illa, DEL.

Ludere sic voluit mea Musa anagrammate: voto
 Claudere at hoc: Vobis det bona cuncta DELS!

Lubenti calamo

lubentiori animo adproperabat

Zacharias Haringk Reichen-
 bachensis Silesius. L. L.
 Studiosus.

A 3

ALIUD.

A L I U D.

Ergo post multas lacrimas obortas,
Post preces noctu Domino peractas,
Postque tot questus nimiumque luctum
Jubila surgunt.

Millies, Frater, fuit expetita
Lux tibi hæc, tandem moderante, fulsit
Ordinis sacri duce & auspice: ergo
Nubila cedant.

Hic dies verè tibi festus extat,
Hic dies verè tibi Sponse gratus,
Hic dies per te facie venustus
Splendet, amicâ.

Nunc novas Cantor cane cantilenas,
Nunc humum pulsa pede liberali,
Nunc decet myrto caput impedire
Florève verno.

Dum toro demùm viduo relicto
Cantor, ô Phæbo madefacta labra
Non parùm, castas recipis jugali
Fœdere rædas.

Margaris sponsa est pietatis ardens,
Moribus castis, facie pudicâ,
Voce jucundo recreante sponsi
Pectus amore.

Tale divinâ bonitate donum
Obvenit, quisquis pia vota fundit
Ad Deum, & quisquis fidei columnam
Figit in ipso.

Is det ut fias ab eâ paterni
Nominis compos sobole creatâ
Illa sit matris vice procreatrix
Connubialis.

Fiat enixu veniens in auras
Organum sanctum celebrandi honores

Eius

Ejus, à quo sunt velut universo
Omnia mundi.

Mente sincerâ, tibi, chare Frater,
Gratulor, quòd tam tibi grata sponsa
Sit futurarum data nuptiarum

Fœdus in unum.

Comprecor vestri Deus ut benignus
Prosperet tædas thalami secundas,
Excubet vobis chorus Angelorum

Nocte dieq̄;

Tuta pax adfit, procul omnis abfit
Rixa, secedant mala cuncta, diæ
Gratiæ adspirans favor actiones

Prosperet omnes.

Sospes & felix age vive sponse
Cum tuâ sponsa, vigeatque sponda,
In choro salvus vigeas, toroque,

Deinde poloq̄;

Ut suo nutu rata vota sint hæc,
Intimo cordis precor ex recessu,
Faxit immensâ Deus æviternus

Pro bonitate.

Non tam calamo quam animo f.

Petrus Schröter Sponsi frater.
Liberalium artium Studiosus.

A L I U D.

Dum tædas repetis sic disponente Iehovâ;
Quid scribam, donemve tibi, doctissime sponse?
Me fateor debere tibi quam plurima: teq̄;
Vellem equidem gratus cultis extollere metris.

In patriâ de me es meritis sic gnaviter olim.
Ast mecum sterilis vena est, ego vera fatebor,
Dictat Apollo mihi nec carmina docta peritus.
Hoc faciant, undis Claris qui labra rigarunt.

Indignor.

Indignor, vestris quod non inter datur esse
Tadis, impediunt loca dissit a, sed tamen absens
Vota precesq³, feram castas e pectore toto,
Ut Deus incolumes vos ornet, servet, alatq³.
Vivite felices & ab omni parte beati,
Dulcia vestra lues nec turbet gaudia tristis.
Vivite concordēs, etenim discordia rumpit,
Dissipat, ac aufert tadarum foedera sancta,
Vobis concedat prosperrima cuncta Iehova.
Luceat igne focus, sale mensa meroq³, redundet,
Prole domus letâ, manus are, & vestibus arca.
Maxima cunctarum sit vobis copia rerum.

Hec optare tibi pietas me sponse coëgit,
Suscipe versiculos vultu p^{ix} Sponse sereno,
Consule quæso boni fidâ de mente profectos.

Deproperabat

Fausta gratulationis, debita eq³
gratitudinis ergo Domino Sponso,
olim præceptoris suo per quam industrio.

Christianus Krügerus D. A.
Cantor in Sanderfleben.

A L I U D.

CUM videam fieri tibi tot pia vota paranti
Conjugium, verbis & mea jungo tribus.
Det tibi pacatamque domum, lectumque feracem,
Canitiemque bonam, sponse polite, DEUS!

Subjiciebat

Petrus Pfundius, Scholæ Collega
infimus & Custos

Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

100-By
Jul. 01

M







Farbkarte #13

B.I.G.

SECUNDUS
 it
Fisimo
 ANNI
 ERO,
 TORI exe
nine
 SELIN-
 ANAE,
 XXIII. Mensis
 E. XXI.
vent
 AMICO.
 G Æ,
 ORMANNI,
 l.

